



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Handleitung Zu leichterem Gebrauch Der Geist- und Sittlichen Unterrichten In Ewigen Wahrheiten

Calino, Cesare

Augspurg ; Graez, 1744

VD18 80280064

Dominica IV. Quadragesimæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49389](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49389)

CONCIONATORIUS. 83

tio, dum ab invitis suscipitur : si verò suscepta patienter feratur, nos ad sanctificationem nostram perducit. De Simone Cyrenæo ad ferendam crucem angariato *Mense XII. Disc. 340. pag. 68.*

5.

Beati, qui audiunt verbum DEI, & custodiunt illud. Luc. 11.

Christus ad Patrem oraverat: *Aufer à me calicem istum, verum simul se perfectè illius voluntati tradidit: Non mea, sed tua voluntas fiat.* Misit Pater Angelum ad confortandum, non ad liberandum. Quare Christus nunciante Angelo novam luctam & libenter suscepit, & patienter sustinuit. *Mense XI. Disc. 318. pag. 239. à num. 6. ad finem.*

DOMINICA IV.

QUADRAGESIMÆ,

1.

Videbant signa, quæ faciebat. Joan. 6.

Non videbant solùm, sed & palpabant manũ, & ore gustabant, & voce prædicabant: *Hic est verè Propheta.* Hæc cùm essent publica, difficultimum & planè impossibile erat, JESUM cujusquam criminis reum convincere. Tentârunt tamen Judæi coram Pilato: verum eò magis coram patuit odium & iniquitas, quò magis Christus ad objectas calumnias tacebat. Fecit id ad

f 2

præ.

præterendum nobis patientiæ exemplum. *Mense XI. Disc. 325. pag. 378. usque ad num. 6.*

2.

Videbant signa, quæ faciebat. Joan. 6.

Noverat omnis populus Christi miracula, & tamen illum accusabat: noverat Judas illius divinitatem, & tamen illum prodebat: noverat & senserat Petrus ejus charitatem, & tamen negabat. Quis tandem Christi causam defendendam suscipiet? Ipse Judex ethnicus fuit primus, qui in Christi morte partem habere noluit, ad confusionem Judæorum. *Mense XI. Disc. 328. pag. 431.*

3.

Unde ememus panes? Joan. 6.

Christus pro plebe pascenda sollicitum se ostendit, & quasi consilium desuper cum discipulis inibat; mira charitas in homines, quibus nihil debebat. Contra verò Caiphas & Principes, sine legitimo consilio, omnia præcipitantes, urgebant Christi mortem: horrenda impietas in eum, cui tanta debebant beneficia. *Mense XI. Disc. 324. pag. 358. usque ad num. 8.*

4.

Subiit ergo in montem JEsus. Joan. 6.

Qui hodie amore turbarum se sequentium in montem subiit, ut plebem famelicam pasceret, idem proximè ascendet in montem Calvariæ, ut sanguine proprio redimat universum genus humanum. Magna fuit illius in turbam charitas, major

major in homines omnes, quorum gratia tan-
tos in crucifixione dolores sustinuit. *Mense XII.*

Disc. 341. pag. 83.

Unde ememus panes? Joan. 6.

*Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei, ait Christus Matth. 4. Qua sententia alium corporis, alium animæ panem adstruit; illi panem frumentaceum, huic verbum Dei seu verbo prædicantium, seu internis instinctibus insinuatum, præcipuè ad pœnitentiam. David Psal. 79. v. 6. ait: Cibabis nos pane lacrymarum, & potum dabis nobis in lacrymis in mensura. Et Psal. 41. v. 4. Fuerunt lacrymæ meæ panes die ac nocte. Ac de pœnitentiæ operibus loquens ait Ps. 101. v. 10. de seipso: Quia cinerem tanquam panem manducabam, & potum meum cum fletu miscebam. Det nobis Deus hunc pœnitentiæ panem, ut salubrius nos quàm Judam, delictorum pœniteat, qui easdem, quas Judas, pœnitenti causas habemus, 1. injuriam illatam Christo; 2. conscientia vermem; 3. proprii decoris recordationem. Hæ causæ nos excitent non ad animi dejectionem, sed ad generosam conversionem. *Mense XI. Disc. 326. pag. 395. usque ad num. 10.**